

NICOLAI VIGELII DE  
DREISA HESSORVM IV.  
RISCONSULTI



DIGESTO-  
RVM IVRIS CI-  
VILIS LIBRI QVIN=

quaginta,in septem Partes  
distincti:

*Nunc denuò ab ipso Autore recogniti,& multis in locis  
emendati.*

CVM INDICIBVS.



Priuilegia Cæs. Maiest. Regisq; Galliarum, tam huic Operi,  
quam reliquis huius Authoris scriptis data,  
uersa pagina uidere licet.

BASILEÆ, EX OFFICINA OPO.  
RINIANA 1584.



ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIBVS  
AC DOMINIS, DOMINO GVLIELMO ET DOMINO  
LDOVICO, fratribus, Landgravijs Hassiae, Comitibus in Catzeneln-  
bogen, Dietz, Zigenhayn & Nidda, Dominis suis Clementissimis: nec  
non Strenuis ac Nobilibus Viris, Burckhardo a Kram Proprin-  
cipi, & Arnoldo a Virmund Præsidi  
iudicij Hassiae:

RICOLAVS VIGELIVS  
*Iurisconsultus s. p.*



PVS uobis, Illustrissimi Principes, Domini Cle-  
mentissimi, necnon Strenui ac Nobiles Viri, an-  
te aliquot annos singulis pro parte dicatum, nūc  
omnibus offero uniuersum à me recognitum, &  
in multis locis correctum, existimans, quod Imp.  
Iustinianus ait, Imperatoriam maiestatem non so-  
lum armis decoratam, sed etiam legibus oportet  
esse armatam, ut utruncq; tempus & bellorum  
& pacis recte possit gubernari: etiā ad alios Prin-  
cipes ac Nobiles, qui iurisdictionem quoquomodo sibi uendicant, perti-  
nere. Nam cum duplex sit militia, uidelicet armata & togata, seu militaris  
& ciuilis, quam & legalem appellant, utrancq; recte institutam habere de-  
bet cum qui iurisdictioni foeliciter præesse, & Rempublicam suam diutur-  
nam esse uoleat. Ut enim manus manum lauat, sic etiam una militia alterius  
indiget ope, nec arma sine legibus, nec leges sine armis Rempublicam con-  
stituunt diuturnam. Armata militia excelluit Alexāder magnus Macedo-  
num, Pyrrhus Epirotarum, Attila Hunnorum, & Tamerlane Tartaro-  
rum rex, omnes quidem illi potentissimi: sed quia togatam militiam non  
curabant, diuturna posteris suis regna non reliquerunt, & Republicas  
bene constitutas suis armis subuerterunt. Ius feudale quo utimur, solius  
armatae, non etiam togatae militiae rationem habet, cum tantum dominorum  
& vasallorum utilitatem spectet, iuris legumq; curam nullam ha-  
beat. Quemadmodum etiam Ius Canonicum Ecclesiæ tantum, non e-  
tiam Reipublicæ rationem habere uidetur: cum ius Romanum non tam  
conseruare, quam subuertere conetur, ut mox demonstrabitur, & popu-  
lum, cuius salus summa lex esse debebat, contemptim laicos appeleret, atq; barba-  
rico fastu despiciat. Turcae autem hostes nostri non solum armata-  
tam, sed etiam togatam militiam curant, suntq; sui iuris obseruantissimi.  
Ideoq; non mirum, nos ab ijs uinci armis, à quibus obseruantia uincimur  
iuris. Veteres item Romani, quorum Imperium à Græcis ad Germanos  
translatum est, armorum simul & legum curam habuerunt: nec enim mi-  
nor i prudentia leges tulerunt, nec minori constantia latae leges obserua-  
runt, quam bella gesserunt: de quorum Iurisprudentia Cicero: Incredibile

# DIGESTORVM IVRIS CIVILIS

P A R S P R I M A:

## D E I V R E P U B L I C O.

### D E I V R E E T L E G I B V S.

L I B E R P R I M V S.

#### D E D E F I N I T I O N I B V S A C d i f f e r e n t i j s l u r i s & l e g u m .

C a p . I .

#### L D E F I N I T I O I V R I S r e a l i s .

**I**DEFINITIA IUS. I. ff. de iusticia ex iure, his verbis: Ius est ars boni & æqui. Hec definitio consistat ex genere & obiecto iuri. Est enim genus iuri iuris, ars que nihil aliud est, quam collectio & ordo preceptionum, ad aliquem finem utilitatis iuri ante. Obiectum autem iuris circa quod avertatur, est bonum & æquum in causis civilibus.

#### II. D I S T I N C T I O S I G N I- f i c a t o r u m i u r i s .

Distinctio significatorum iuris proponitur. I. penaltatis, ex aliis, ff. d. ut, his verbis: Ius pluribus modis dicetur. Uno modo, cum id quod semper bonum & æquum est, Ius dicitur: ut est Ius naturale. Altero modo, quod omnibus, aut pluribus in quaque civitate utile est: ut est Ius civile. Nec minus Ius recte dicitur in civitate nostra, Ius honorarium. Prætor quoque ius reddere dicitur, etiam cum inique discernit relatione scilicet facta non ad id quod Prætor ita fecit, sed ad illud quod Prætor facere conuenit. Alia significatio Ius dicitur locus in quo ius redditur, appellatione collata ab eo quod fit, in eo ubi fit, quem locum determinare hoc modo possumus, ut ubi cuncto Prætor salua maiestate imperij sui, si unoque more majorum ius dicere continebat, is locus recte Ius appellatur. Non aequaliter Ius etiam pro necessitudine dicimus: ueluti, est mihi ius cognationis vel affinitatis. Hisce verbis sex iuris significations proponuntur: quartum tribus prioribus ius sumitur pro iurius præceptis, seu legibus naturalibus, ciuilibus & honorariis, continens scilicet pro contento. Quinta significatio decreta Prætoris, etiam iniquum, Ius dicitur: de qua recordetur J. cap. 7. except. 1. Quinta significatio ius per metonymiam sumitur pro loco, in quo ius dicitur. Cui concordat Luoluit. 4. 9. ff. de interrogante faciendo. cuius uerba aude J. lib. 7. cap. 5. de cosepta, quest. 1. except. 14. Sexta significatio ius familiar pro necessitudine, cognatione vel affinitate. Præter ius enumeratas, et aliae sunt iuris significations. Nam septimum modo ius accipitur pro potestate ac facultate à le-

ge concessa agendi aliquid, vel faciendā. Sic actio, iter, alius, usus, iustitia, et similia, iuris appellatione continentur. Postremo, ius propriè significat artem boni & æqui, ut supra est dictum.

#### III. E T Y M O L O G I A I V R I S , s e u r a t i o n o m i n i s .

Iuris etymologia proponitur I. in prim. ff. de iusticia ex iure, his verbis: Iuri oportet datum prius nosse oportet, unde nomen iuris descendat. Et autem ius à iusticia appellatum. Huic etymologie rationem ac confirmationem iuris consultus subiicit his verbis: Nam (ut eleganter Cellus definit) Ius est ars boni & æqui, &c. Cum ergo ius sit ars, perinde ac cetera artes, denominatur à re cuius ars est, ac præcepta tradit: scilicet à iustitia, cuius regulis sicut præcepta prescribit. Hec de definitionibus iuris, tam nominis quam rei, sint dicta.

#### III. D E F I N I T I O N E S

legum.

1. **D**efinitio legum proponitur I. I. ff. de legib. his verbis: Lex est commune præceptum, viorum prudentium consultum, delictorum quae sponte vel ignorantia contrahuntur coercitio, communis reipublicæ sponsio. Hec definitio consilis est contentus enim legi causam efficientem, materialem, formalem et finalē. Aut enim iuris consultum: Lex est commune præceptum. Hisce verbis exprimitur generalis forma legis. sunt enim leges nati, aliud quæ præcepta iuris, artis boni et æqui. Aut insuper iuris consultum: Viorum prudentium consultum. Hic causa legum efficientem denotatur, scilicet vii prudentes, penes quos est reipublicæ administratio, et legum condendrum potestas. Hisce verbis, Delictorum quae sponte vel ignorantia contrahuntur coercitio: materia simul et finis legi designatur. Nam avertantur leges cu[m] circa contractus dominii, cum circa delicta, estib[us] finis ex usus legi, ut delicta coerceantur: hoc est, ut suum cuique tribuantur, nemo ab altero laudatur, et sic societas ciuiles conseruat[ur]. Quid autem ad finem definitio adjectur, Communis reipublicæ sponsio: aliam legum efficientem causam denotat, publicam scilicet populi consensum. Concordat I. de quibus, ut ibi etiam cum ipse legi. ff. de legibus, cuius uerba uide J. cap. 7. de iure non scripto. Item concordat I. penult. ff. cod. te. cuius uerba uide J. cap. 3. in pra.

11. Legum definitio, prima non absimilis, proponitur I. in prim. ff. de legibus, his verbis: Demosthenes orator sic definit: Nomor iugis, q[uod] ex iuris scriptis non videtur esse iuris, h[ab]et præcepta, q[uod] iuris